



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

236 Quorsum Cleme[n]tina fuerit opus post Bonifacianam, de rer. permut.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

hac salutari clausula frequentius : immò semper inesse censebitur vt maximè non fuerit expressa, sicuti contingit in stipulatione dotis. d. l. stipulationem. ꝑ. de iure dot. Pergamus ad hanc igitur Clementinam.

CLEMENTINA unic. de rer. permut.

Clemens V. in Concilio Viennensi.

NE concessione iuris utentibus præsertim circa spiritualia illudatur, si qua beneficia ex causa permutacionis ab aliquibus resignata, aliis quam ipsis permutare volentibus conferantur, nullius hoc esse volumus firmitatis.

Miretur fortè quispiã cur hanc fecerit constitutionem Clemens quintus, cùm iam per superiora iura maximèque per Bonifacianam securitati permutatium satis videretur esse consultum. Nam si permutantes præferantur Expectantibus Pontificiis, quibus beneficia primùm vacatura sunt affecta, quantò magis præferentur quibuslibet aliis nullum planè ius ante vacationem vel habentibus vel prætendentibus at sola collatione quæ nunc fit omnino voluntaria spontaneaque nixis, nemine scilicet ordinarium collatorem cogente vel vrgente? Nostros Interpretes hùc non sensisse scrupulum, submiror; igitur ad hunc eximendum sic equidem sentio; Bonifacianam non satis clarè beneficiorù quorumlibet permutatores expectantibus vel aliis quibuslibet præferre: primò quod nominatim loquatur de beneficiis ad solius Episcopi collationem pertinentibus,

236
Quorsum Clementina fuerit opus post Bonifacianã de rer. permut.

i ij tibus,

tibus, deinde quod solos postponat expectantes istos Pontificios ut homines ambitiosos & odiosos, denique; praeterea quod nihil de contractio collatoris facto disponat quando nimirum collator omni reiecta conditione tacita sponte sua beneficium sic resignatum nihilominus confert vel expectanti Pontificio vel cuilibet alteri quam permutanti. Quamobrem generalis haec eademque clarissima retundissimaque; constitutio Clementina comprimis & utilis & necessaria fuit; ut amplius dubitari non possit quin aliis facta beneficiorum ex causa permutationis resignatorum collatio quam permutantibus ipsis, ipso iure foret omnino nulla. quod huius est constitutionis proprium, cum nec antea quidquam de nullitate tali vel dictum vel declaratum per Pontifices fuisset. multa enim fieri saepe prohibentur. ut iuris habet regula, quae tamen facta valent; ideoque si collator ordinarius reiectis post resignationem permutationibus istis, gratificari voluisset vel expectantibus vel aliis quibuslibet, & iis beneficia sic resignata de facto contulisset, quiritari quidem potuissent litemque mouere permutantes hi sic illusi, sed ante Clementinam hanc de nullitate collationis ne vel hiscere quidem fuissent ausi, cum summi iuris remedio destituerentur, aequitate sola freti; quae propter circumstantias aliquas Episcopo vel alteri cuius ordinario collatori visas haud inidoneas facillime vel obscurari vel evanescere solet: ubi nunc post istam Clementinam vel omnino recusare debet

237
Propriū Cle-
mentinae de
per. permut.